

Cur theſium loco has primas lineas THEOLOGIAE REVELATAE *his in paginis ſcripſerim, ratio praecipua fuit, vt, alias ad aliquot tantum momenta ſeruiturae, poſſint ſic eſſe poſthac, dum ſucceſſiuo labore quid perfectius edere licebit, meis in Praelectionibus interimiſtico vſui.*

Dabo ad eundem finem, vice alia, ſimili occaſione, et ANTHROPOLOGIAE REVELATAE prima elementa.

In duas has partes, methodo, vt credo, ſimpliciſſima et naturali totum DOGMATVM REVELATORVM ſyſtema diuiſi.

Mens mihi, et ſtudium fuit, ita pragmatice ea diſponere *et* tradere, *vt ſuppleta ex* Reuelationis documentis NATVRALI THEOLOGIA, ANTHROPOLOGIAQVE PHILOSOPHICA *acquiri poſſit* plena, completa, *et optimorum etiam in* corde *humano* ferax *effectuum, de* DEO, RELIGIONE, *ac* HOMINE notitia, *ſtudio omnino facili et iucundo.*

PRAESES.

CAPVT